

Zeitschrift: Schweizerische Kirchenzeitung : Fachzeitschrift für Theologie und Seelsorge
Band: - (1861)
Heft: 2

Heft

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. [Siehe Rechtliche Hinweise.](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. [Voir Informations légales.](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. [See Legal notice.](#)

Download PDF: 15.10.2024

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

Kirchen-Zeitung.

Herausgegeben von einer katholischen Gesellschaft.

N^o. 2.

Samstag den 5. Januar.

1861.

Allocution Sr. Hl. Papst Pius IX.,

gehalten im geheimen Consistorium den 17. December 1860. *)

Venerabiles Fratres!

Multis gravibusque vel ab ipso sui exordio jactati procellis Ecclesia miserrima hac nostra aetate tot tantisque hostium aggressionibus petita est, ut conceptum jam pridem ab ipsis odium omnique furoris maturitas in Nostri Pontificatus tempus erupisse videatur. Neque vero persequamur singula necesse est, Venerabiles Fratres, quae haud ita longo annorum intervallo acerba et gravia contigerunt, quorum memoria Nostrum aequae Vestrumque animum non levi mœre perfundat. Illud vero dissimulare non possumus, pro arcano Dei judicio nullum adhuc fuisse impositum tam multis calamitatibus modum; novas quippe dolemus ingruere tum ex fautoribus perversae doctrinae, quae a funestissimae Reformationis principiis orta publici veluti juris robur alicubi obtinuit, tum ex impiorum hominum pravitate qui Catholicæ Ecclesiae se filios prædicant, appellandi vero sunt filii tenebrarum, tum denique et ethnicorum furore qui per Orientis regiones in eadem exitiumque fidelium vehementius effervuit.

Et sane maxime est deplorandum, in quampluribus Europæ partibus de Ecclesiae potestate ac juribus perniciosissimos errores invaluisse; hinc adhibitum assidue studium ad vim omnem abjudicandam initis cum Apostolica Sede de re sacra conventionibus, hinc omnis impensa cura, ut ne conventiones aliæ contrahantur in posterum ad componenda Ecclesiae negotia, utque iis componendis moderantisque civilis dumtaxat accedat auctoritas. Quod quidem non sine gravi animi Nostri molestia experti nuper sumus, Venerabiles Fratres. Pro Apostolici enim muneris officio ad relevandas in Magno Badarum Ducatu Catholicæ Ecclesiae res, et extinguenda illic exhorta cum civili potestate dissidia, superiore, ut scitis, anno cum Celsissimo illo Duce conventionem invenimus, quae quum rata fuisset habita, et vero etiam in vulgus emissa, ejusdem executionem, ut par erat, præstolabamur. Verumtamen, refragante huic rei publico illius Ditionis Consilio, a Magno Duce decretum fuit editum, quo conventioni vis omnis adimitur, in ejusque locum rogata lex est Ecclesiae libertati vel maxime adversa. Id porro ex falsa protestantium doctrina derivatum intelligimus, qui autumant Ecclesiam in civili Imperio quoddam veluti Collegium existere, nullisque proinde pollere juribus, præter ea quae concessa illi sint atque attributa a civili potestate. Id

*) Die Wichtigkeit dieses Actenstückes einerseits und die Entstellungen, welche dasselbe in den Zeitungen und Uebersetzungen erlitten hat andererseits, machen es nothwendig, dasselbe hier in dem lateinischen, uns gütigst mitgetheilten Urtext zu veröffentlichen.

autem quantopere abhorreat a veritate equis non intelligat? Ecclesia nempe ut vera et perfecta societas a divino auctore suo fuit instituta, quae nullis circumscripta regionum finibus, nulli etiam civili subdatur imperio, suam que potestatem ac jura ubique terrarum in hominum salutem libere exerceat. Nec sane aliter indicant solemnia illa Christi Domini ad Apostolos verba: „Data est mihi omnis potestas in cælo et in terra, ite docete omnes gentes... docentes eas servare omnia quaecumque mandavi vobis.“ Quibus excitati vocibus Evangelii præcones Apostoli, repugnantibus et regibus, nullisque seu minis seu suppliciis deterriti demandatum sibi ministerium alacriter sunt executi. Nos itaque de salutaribus Ecclesiae juribus tutandis vehementer solliciti, vix dum cogitari atque agi audivimus de eadem conventionem infirmam, Nostras continuo Magno Duci dedimus litteras ad malum hoc avertendum, atque adeo per Cardinalem publicis negotiis præpositum apud Gubernium illud instandum curavimus, ut debitæ executioni conventio mandaretur. Sed enim quum impensa omnia studia curaque in irritum cesserint, quod Nostri officii est, abrogatam contra omnes justiciæ regulas sine alterius partis consensu solemnem conventionem Vestro in cœtu, Venerabiles Fratres, palam conquerimur, et Catholicæ Ecclesiae Sanctæque Sedi jura violata pessumdata vehementiori quo possumus studio reclamamus. Quæ Nostræ expostulationes ut ad Badense Gubernium transmittantur mandavimus, simulque declaretur Archiepiscopo Friburgensi agendi ratio tantis in difficultatibus adhibenda; cujus præclari Antistitis ejusque etiam Cleri commendari satis non possumus in Ecclesiae libertate tuenda constantiam, a qua nunquam ipsos vel in summo rerum discrimine discessuros plane confidimus.

Jam vero quum ob turbatas iterum in Magno Badarum Ducatu sacras res, expositamque illic novis jactationibus Ecclesiam doleamus, alia Nobis accessit molestiæ causa ex nequissimo libello nuper Parisiis edito, in quem tam multa prorsus a veritate aliena, tam multa etiam absurda atque inter se pugnantia auctor congesti, ut respiciendus potius atque aspernandus, quam refutandus videatur. Illud tamen non est ferendum, quod eo audaciæ atque impietatis devenerit, ut posteaquam sacrum civiliumque Ecclesiae Romanæ principatum impetere non sit veritus, peculiarem quamdam novique generis sibi fingat Ecclesiam in Galliarum Imperio ex illius sententia excitendam, quæ ab auctoritate Romani Pontificis subducta sit planeque divisa. Id porro quid est aliud, quam distrahere, ac proscindere Catholicæ Ecclesiae unitatem? De qua quidem necessaria unitate ita Christus Dominus ad Patrem: „Non pro eis rogo tantum, sed pro eis etiam, qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me es et ego in te.“ Atqui hujus unitatis vis et ratio omnino postulat, ut tanquam membra cum capite, sic universi per orbem fideles cum Romano Pontifice, qui Christi in terris Vicarius est, conjungantur et coalescant. Quamobrem ad Prædecessorem Nostrum

sanctæ memoriæ Damasum scribebat Ecclesiæ doctor Hieronymus: „Beatitudini tuæ hoc est Petri Cathedræ communionem consocior, „supra illam Petram ædificatam Ecclesiam scio, quicumque extra „hanc domum agnum comederit profanus est.“ Quantum vero memorati libelli auctor inferet injuriam perillustri Galliarum genti, utpote quam Catholicæ unitatis retinentissimam schismaticis putat erroribus posse implicari! Quanta illius temeritas est, quod ab obsequio ac fide erga Apostolicam Sedem abstrahendum fore confidat Clerum illum et spectatissimos præsertim Antistites, qui prædecessores inter suos Irenæum recenseant Lugdunensis Ecclesiæ Pastorem præclara ista scribentem: „Ad „Romanam Ecclesiam propter potiorem principalitatem necesse est „omnem convenire Ecclesiam, hoc est eos, qui sunt undique fideles“: qui nullo fracti metu, nullo retardati periculo, tum votum scriptis Nostræ Sanctæque Sedis jura vindicare certaverint, Nobisque exhibere nunquam intermiserint certissima devotionis argumenta! Quorum Nos, aliorumque per orbem Antistitum dum meritis ornamus præconiis pastorem curam, vigilantiam, firmitatem, ipsos licet sponte sua incensus erectosque ad Catholicæ fidei defensionem, hortari tamen atque excitari pro hac temporum iniquitate non prætermittimus, ut quo validiores quotidie hostiles impetus fiant, eo firmiter animo sustinendos ac frangendos curent, atque adeo commissos suæ curæ fideles de fallaciis insidiisque admonere non desinant, quibus avellere ipsos a Matris Ecclesiæ gremio vaferrimi homines conitantur. Jam vero ex damnando illo libello, quænam tandem sint auctoris et ceterorum omnium consilia qui civilem Sanctæ Sedi principatum extorquere conantur, detracta veluti larva manifesteprehendimus. Scilicet nihil aliud intendunt ac moluntur, quam ut Sanctissimæ Religionis fundamenta subvertant. Id per provincias a civili Nostra dominatione injuste subreptas, id per reliquas Italiæ regiones perfidissimis quibusque artibus studiose curari et videmus et ingemiscimus. Huc spectant disseminatæ quæquaversus perversæ sacrarum librorum interpretationes ad fidem corrumpebant, diffusa contaminandos juventutis mores turpissimorum libellorum colluvies, in vecta quocumque effrenis vivendi licentia, despecta proculcata Ecclesiæ potestas, sacra immunitas violata, subducta ab auctoritate et vigilantia Episcoporum publica juventutis institutio omnisque doctrinæ morumque disciplina, præpositi docendo homines de religione pravè sentientes, vulgatum in Umbria decretum de cunctis ferme religiosiis familiis e claustris exturbandis, de extinguendis Collegiatis Capitulis, delendisque simplicibus cujusvis generis Beneficiis, piisque Sodalitatibus eorumque bonis per summam injuriam occupandis; huc spectant conjecti in vincula ecclesiastici viri, ipsique sacri Antistites, quos inter Venerabilis Frater Archiepiscopus Urbinas nuper septus armis in custodiam traditus, et Cardinalitia etiam dignitate fulgens Venerabilis Frater Firmanus Antistes per vim abreptus a Sede sua, alioque relegatus, et ab omni commisso gregis curatione prohibitus, ac plures etiam Antistites et Sacerdotes e Regno Neapolitano vel in carcerem missi, vel ad fugam coacti: huc spectant (nec sine acerbissimo doloris sensu memoramus) patefacta per nonnullas Italiæ civitates protestantibus templa, et publicæ etiam scholæ institutæ, ubi in perniciosam Catholicæ Religionis quælibet impune tradatur doctrinæ perversitas; denique promulgatum in Umbria decretum, quo matrimonium concupatum ab Apostolo magnum Sacramentum peculiaribus civilibus disciplinis illigatur, ac ferme subtrahitur ab Ecclesiæ potestate, eo fortasse consilio ut postea civilibus dumtaxat subdatur logibus, eaque ratione, quod Deus avertat, legalis invehatur concubinitas cum extremo animarum detrimento. Atque hic, uti Apostolici Nostri muneric ratio postulat, quidquid contra Ecclesiæ jura et patrimonium, contra religiosas personas earumque bona actum hucusque est, vel peragatur in posterum, damnamus reprobamus, ac nullius vis et roboris, ac quæorsus irritum palam edicimus. Quanta vero ubique sit

rerum omnium tum publicarum tum privatarum perturbatio, quantus in Europa motus, quantis dissidiis flagret Italia ecquis non videat, ac Nobiscum non maxime doleat? Tam multa tamque gravia rei sacræ et civili inflictæ vulnera considerantes exclamare cum Propheta „infesta est terra ab habitatoribus suis quia transgressi „sunt leges, mutaverunt jus, dissipaverunt fœdus sempiternum.“

■ Hæc autem malorum congeries ab iis maxime repetenda, qui ut suam per Italiæ fines ditionem extendant humana quæque jura ac divina audacter pervertunt, qui publicè se felicitatis auctores jactant ac prædicant, quocumque tamen pervaserint, ibidem sævissimæ veluti tempestates impressa relinquunt furoris excidiique vestigia. Utinam aliquando redeant insipientes ad cor, nimirum intelligant, Religione sublata, nullum humanæ societati superes presidium tum ad stabilitatem tum ad quietem; utinam sibi aliquando persuadeant unam esse Catholicam Religionem veritatis magistram, virtutum omnium altricem, in qua civitatum, regnorum incolunitas salusque nitatur: meminerint aliquando, Apostolicam hanc Sedem nedum adversatam nunquam fuisse veræ ac solidæ populorum felicitati, quin etiam quovis tempore de universo hominum genere fuisse egregie promeritam; per illam namque traductæ ad humanitatem barbaræ gentes, veræque religionis præceptis institutæ, sedati bellorum tumultus, pro vectæ modis omnibus bonæ artes ac disciplinæ, calamitosis ægrisque recreandis publica charitatis excitata domicilia, asserta promulgata et principibus et populis vel in maximis perturbationibus justitiæ atque honestatis principia. Hæc atque alia quamplura per Apostolicam Sedem in bonum humanæ societatis provide sapienterque peracta, multis eximisque testata monumentis, ad omnem prædicationem temporis celebrabit historia.

Sed jam paternum animum Nostrum ad se revocat plurimis afflicta malis per Orientem Ecclesia, quæ tamen cruentis martyrum palmis nobilitari ornarique non desinit. Loquimur nempe, Venerabiles Fratres, de regno Choresæ de Sinensium Imperio regnisque finitimis, ubi neque atrocissimis cruciatibus nec dirissimo quovis mortis genere debilitata aut victa est Christianorum in fide constantia; loquimur de Conchinchinæ ac Tonchini regionibus, in quibus ad extinctionem prorsus christiani nominis acerbissime recruduit ethnicorum immanitas. Quid enim memorabimus collegia, cœnobîa; templa, publicas privatasque aedes vel solo eversas, vel flammis assumptas? quid christifideles referimus cujusque ætatis, conditionis, ordinis partim sævissime exagitatos, nudatosque rebus omnibus hac illac errantes vitam trahere coactos quovis supplicio acerbiorum, partim in carcerem detrusos, omnique tormentorum genere exercuciatos? qui tamen in ferendis pro Christo suppliciis ac morte obeunda veterum Ecclesiæ Martyrum fortitudinem retulerunt. Neque minus Nos tangit ac movet miserissima christianorum per Syram conditio, qui licet a crudelissimæ cædis perpressionem quieverint, assiduo turbantur metu ne compressus tantisper militaribus Europæ copiis infidelium impetus in rapinas iterum cædesque furentius erumpat. Illorum Nos relevandis infortuniis, sin minus paternis desideriis parem, aliquam tamen pro augustis Nostris rebus pecuniæ partem transmittendam curavimus, quam offerre Nobis nunquam intermissis pia Catholicarum gentium liberatas. Quarum etiam non sine laude commemoratum volumus egregium charitatis exemplum in recreandis subsidiorum largitate afflictis per Syriam fidelibus, atque adeo maximopere lætamur, nunquam languescere in Ecclesia virtutem illam, quam divinus Reparator præcipuum esse signum voluit Christianæ Religionis.

Hic, quem hæcenus exposuimus, sacrarum rerum et publicarum status, deplorandus quidem ac luctuosus, Nos vehementer angit atque perturbat, et gravi etiam mœrore complet, Venerabiles Fratres; Vosque in partem vocatos procurationis Nostræ in partem etiam doloris venire non dubitamus. Sed tamen non concidamus animo, atque iteratis quotidie precibus levemus oculos

nostros in montem, unde in tantis rerum asperitatibus opportunum expectemus auxilium. Aderit Ecclesiae suae Deus, aderit humilitati Nostrae, Ejusque Nos virtute roboratos ab officio et constantia Apostolici Ministerii nullus plane periculi metus, nulla deterrebit adversitas. Innocens christianorum sanguis, quo perfusa Orientalis terra est, in odorem suavitatis ascendat ad Dominum, illoque salutari velut sacrificio placatus gravissimas, quibus premimur, quaeque impendent, calamitates probitus avertat; atque accedente Sanctissimae Genitricis Dei ab origine immaculatae patrocinio, et beatissimis Apostolis Petro et Paulo suffragantibus, concedat Ecclesiae suae de acerbissimis inimicis referre victoriam. Exurgat aliquando in iudicium Deus, hostesque sui nominis religionis excidium anhelantes, multa et nefaria in Ecclesiam molientes in fortitudine brachii sui disperdat et conterat, vel, quod potius et optamus et poscimus, divinae gratiae lumine collustratos in viam justitiae et veritatis dives in misericordia clementissime traducat.

— † **St. Gallen.** Die St. Galler-Zeitung schimpft, daß man den ehrw. P. Theodosius in St. Gallen predigen ließ! Ein gutes Zeichen, denn nur die guten Früchte sind es, an denen die Wespen nagen.

— † **Freiburg.** Der Vincenzverein hat seit acht Jahren im deutschen Bezirk 20,000 Fr. an Geld, 100,000 Fr. an Lebensmitteln, Arbeitsstoff und Kleidern für die Armen gesammelt.

Die erste Sammlung der Peterspfennige hat im Bisthum Vansanne Genf 15,000 Fr. abgeworfen. Für künftig soll diese Sammlung, laut der 'Schwyzer-Zeitung', bestimmter organisiert werden, als ob sie den Character einer, mindestens eine Reihe von Jahren andauernden, geregelten allgemeinen Kirchensteuer anzunehmen hätte.

— † **Solothurn.** Da die Lehrbücher der Weltgeschichte für die katholische Jugendziehung besondere Bedeutung besitzen, so hat die Kirchenzeitung schon früher wiederholt auf Dr. J. Bumüller's Weltgeschichte in drei großen Bänden aufmerksam gemacht, indem dieselbe in kirchlichem Geiste mit Gründlichkeit und Wissenschaftlichkeit abgefaßt ist. Für Real- und höhere Bürgerschulen, sowie auch theilweise für Gymnasien mag jedoch dieses Lehrbuch zu umfangreich sein; mit Vergnügen haben wir daher vernommen, daß nun Hr. Dr. Bumüller einen Auszug aus seinem größern Werk bearbeitet und denselben zumal als Lehrbuch für die besagten Schulen bestimmt hat. Dieser Auszug erscheint in drei Abtheilungen, wovon die I. die Geschichte der alten Welt, die II. diejenige des Mittelalters, die III. diejenige der neuern Zeit behandelt, und von denen jede Abtheilung ein für sich abgeschlossenes, selbstständiges Werkchen bildet und auch einzeln abgegeben wird. Die erste Abtheilung ist bereits erschienen und zeichnet sich durch Klarheit und Bündigkeit aus; sie lehrt die Urzeit, die ältesten Staaten, die Griechen, die Römer, den Sieg des Christenthums bis zum Untergang des römischen Reiches. Zwei Zeitafeln erleichtern die übersichtliche Auffas-

sung. Diese Geschichte der alten Zeit umfaßt 210 S. und kostet 1 fl. 30 kr. (Freiburg bei Herder.)

— † **Luzern.** Zur Steuer der Wahrheit darf und soll bemerkt werden, daß bei der Wahl eines Professors der deutschen Sprache Hr. Propst und Erziehungsrath Leu nicht für Hr. Eckardt gestimmt habe.

— † **Argau.** Trotz des von uns berichteten Wasser-Unfalls hielt der Hochw. Hr. Pfarrer in Spreitenbach, und später auch noch in Würenlos, Gottesdienst, was wir laut der 'Botschaft' nachträglich mit Vergnügen melden.

— † **Basel.** In Würzburg ist ein junger Mönch des Karmeliterklosters aus dem Kloster angetreten und Protestant geworden. Der Beweggrund scheint, wie sonst fast immer, Heirathslust zu sein. Vor seiner Abreise hielt er bei einer reichen protestantischen Wittve im Beisein anderer Protestanten ein Freudenmal. Mit Geld versehen reiste er nach Basel, wo eine eigene Versorgungsanstalt für abgefallene katholische Priester besteht.

Spanien. Madrid. Das Journal 'El Pueblo' ist wegen Schmähung gegen den Papst zu 14,000 Realen Geldbuße verurtheilt.

Bayern. München. Prinz Karl von Bayern hat dem Herrn Erzbischof angezeigt, daß seine Kabinetskasse angewiesen worden sei, allmonatlich 100 fl. als Peterspfennig auszubezahlen.

— Der Zubrang der Andächtigen zu den Kirchen war in der hl. Christnacht, wie die beiden Festtage, so stark, wie man sich dessen kaum erinnert.

Amerika. In einer Kirche in Newyork ereignete sich kürzlich eine ergreifende Scene. Nach Beendigung des sonntäglichen Gottesdienstes stellte ein Herr Beecher eine 22jährige Sklavin vor, die ihrem Herrn Maryland um 1200 Dollars abgekauft werden sollte. Er meldete, daß bereits 400 Dollars gesammelt seien, daß jedoch noch 800 Dollars fehlten, um das Geschäft abzuschließen. Dann wurden die Sammelbüchsen herumgereicht und 511 Dollars eingesammelt, worauf ein Mitglied der Gemeinde sich für den Rest verbürgte. Eine Dame, die kein Geld bei sich hatte, legte einen goldenen Ring auf den Teller; als das Ergebniß der Sammlung bekannt wurde, nahm Hr. Beecher den Ring, steckte ihn dem Mädchen an den Finger und sagte, daß sie ihn als ein Zeichen ihrer Freiheit tragen solle. Die Ueberglückliche wurde von ihren Gefühlen so übermannt, daß sie ohnmächtig zu Boden stürzte und aus der Kirche getragen werden mußte.

Literatur.

— * Als Schlußlieferung empfehlen wir unsern Lesern das III. Bändchen des „Namenstag's“ von Fr. X. Schumacher

(Schaffhausen, Hurter, 1860), unter welchem Titel in finiger Weise der Verfasser Geschichten aus dem Leben der Heiligen aufammenstellt, und in der Form von Abendunterhaltungen vorzugsweise für die Jugend erzählt. Was sind (so spricht der Verfasser mit Recht) alle Helden, von denen die griechischen und römischen Klassiker erzählen und für welche unsere jungen Gymnasisten in Folge des Gymnasialunterrichts über die Gebühr zu Schwärmen pflegen, im Vergleich zu den Heiligen der Kirche? Was ist die edle Selbstaufopferung eines Curtius, die Unbestechlichkeit und die Todesverachtung eines Mucius Scaevola, was ist der Heroismus aller klassischen Helden gegen den Muth eines einzigen christlichen Martyrers, der nicht nur die namenlosesten Qualen, sondern auch Spott, Hohn und Schmach trug, welche die Helden des klassischen Alterthums flohen? Möchte doch unsere christliche Jugend daran gewöhnt werden, mehr auf die Beispiele der christlichen Märtyrer und Glaubenshelden, als auf die Beispiele der heidnischen Helden zu blicken. Auch nach einer andern Richtung hin ist das Unternehmende des Verfassers zu empfehlen. In den Lebensgeschichten der einzelnen Heiligen ist nämlich so viel historischer, geographischer und naturhistorischer Stoff geboten, daß ein geschickter oder ein wißbegieriger Knabe Gelegenheit genug hat, reiche Kenntnisse zu verbreiten oder zu sammeln.

Das III. Schlussbändchen ist mit einem gelungenen Stahlstich (Hl. Vinzenz von Paul) geziert. Die äußere Ausstattung des ganzen Werks macht dasselbe auch zu Geschenken geeignet.

— * Die Liebe des guten Hirten für seine Schafe. (Mainz, Schott 1860. S. 416. Preis 1 fl. 21 kr.) Dieses Buch enthält zweiundvierzig Betrachtungen über das Leben und Leiden Jesu Christi nebst einem Anhang der nothwendigsten Andachtsübungen. Dasselbe wurde ursprünglich in englischer Sprache verfaßt und liegt hier in gelungener, mit bischöflicher Approbation versehener deutscher Ausgabe vor. Bei der großen Anzahl Betrachtungsbücher über das Leiden Christi ist es gewiß interessant und heilsam, auch ein Englisches zu besitzen, indem sich in jeder Betrachtung des gleichen Gegenstandes mehr oder weniger doch die Nationalität des Betrachtenden abspiegelt. Auch hier zeigt sich dieß, indem sowohl die gewählten Betrachtungspunkte als die jeder Betrachtung beigefügten praktischen Unterriichte zeigen, daß wir hier einen praktischen Engländer vor uns haben, der weder mit deutscher Weiterschweifigkeit, noch mit französischer Wortspielerei, sondern mit praktischem Sinn auftritt. Die äußere Ausstattung ist gefällig. Wir schließen unsere Empfehlung mit folgenden Worten des Verfassers: „Laßt uns häufig das Bild unseres gekreuzigten Heilandes betrachten und beständig das Andenken seiner Leiden und Schmerzen erwägen, uns bemühend aus diesen frommen Ueberlegungen die heiligen Eigenschaften der Liebe, Dankbarkeit und Zerknirschung zu erlangen, welche der Gegenstand, von selbst eingibt. Und da die Liebe zu Gott nicht in erhabenen Betrachtungen, Versicherungen von Treue oder Thränen der Hingebung besteht, sondern einzig nur in der Erfüllung des göttlichen Willens: so laßt uns hauptsächlich trachten, diesen anbetungswürdigen Willen zu erfüllen, indem wir nach Vollkommenheit streben. Diese Vollkommenheit besteht einfach in der vollkommenen Selbstverläugnung, aus dem reinen Beweggrund der göttlichen Liebe.“

Schweizerischer Pius-Verein.

Verdankung für die eingegangenen Jahresbeiträge der Orts-Vereine Wolfenschießen, Kt. Unterwalden, Hägendorf, Kt. Solothurn, Meyerstappel, Kt. Luzern.

St. Peters-Pfennige.

Dem bischöflichen Ordinariat Basel eingesandt:	
Von der Pfarrgemeinde Würenlos	Fr. 81. 40
Von der Filiale Spreitenbach mit dem Motto:	
Alles mit freudigem Herzen, das auf Gott vertraut	
Dem hl. Vater, der auf den „Fels“ gebaut.	48. 60
Ueberstrag laut Nr. 1	11,637. 90
Fr. 11,767. 90	

Personal-Chronik. Ernennungen. [Solothurn.] Die Wahlbehörde ernannte Hr. Pflüger einhellig zum Pfarrer von Goldersbach. — [Thurgau.] Die Kirchheimwöhrgergemeinde Eggenach wählte am 28. auf dem Wege der Berufung den Hrn. Pfarrer Bauer in Straß nach zu ihrem künftigen Seelsorger.

Zur Nachricht. Das Sendschreiben der Marianischen Congregation von Luzern wird verdant und nächstens benützt.

Frz. Jos. Schiffmann,

Buchhändler und Antiquar in Luzern, verkauft stets die vorzüglichsten Werke der katholischen Theologie, sowie eine große Auswahl der besten Volks- und Jugendschriften, alt oder neu, zu den billigsten Antiquariatspreisen. Gute ältere Bücher und Werke können gegen beliebige neue umgetauscht werden; auch kauft derselbe fortwährend größere und kleinere Bibliotheken, besonders theologische und historische gegen baare Bezahlung.

Bei B. Schwendimann, Buchdrucker in Solothurn, ist soeben erschienen:

St. Ursenkalendar

für das Jahr 1861.

Herausgegeben vom Verein zur Verbreitung guter Bücher.
Preis 20 Cts.

Auf den mit dem 1. Jänner 1861 beginnenden neuen Jahrgang der

Schweizerischen Kirchenzeitung

können die Bestellungen bei allen Postämtern oder in Solothurn bei der Expedition (B. Schwendimann, Buchdrucker) gemacht werden. Wir bitten um rechtzeitige Bestellung, damit in der Zusendung keine Unterbrechungen eintreten. Abonnementspreis halbjährlich franco in der ganzen Schweiz 4 Fr. Die Expedition der Schweizerischen Kirchenzeitung.